

NICOLAVS ASCLEPIVS BARBATVS IVRE CONSULTVS
& Poeta.



Nicolaus honestis parentibus natus, à pueris
rīs operam literis dedit, & prima fundamen-
ta in patria feliciter iecit. postea sese ad uarias aca-
demias contulit, atq; in primis Marpurgi præcla-
ram operā artibus & linguis nauauit. potissimum
uerò Poeticæ incubuit, & talem eius sibi notitiam
comparauit, ut doctissimis Poëtis iure comparari
possit. Postea quoq; humanitatis studio Iuridicā
facultatem coniunxit, atq; tanta diligentia profe-
cit, ut omnium applausu Legum Doctor creare-
tur. Accedebat etiam morū ingenuitas, & docen-
dī fidelitas. Itaç in celebri Academia Marpurgēsi
inter Professores adoptatus fuit. Eam functionē
is dextrē obiuit, & sua eruditione omnibus doctis innotuit.